



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLXVI. Markgraf Otto mit dem Pfeil bewilligt eine vom Könige Adolph
dem Kloster Kirschgarten gemachte Schenkung, am 9. Dezember 1294.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ecclesiarum episcopi; D. Marchiones Brandenburgenses, D. de Anhalt, Principes nostri dilecti; Eb. de Wirtenberck — et alii quam plures. Datum Burnis — VII Id. Decembris, Indict. octava, Anno Domini MCC. Nonagesimo quarto, Regni vero nostri anno tertio.

Vollständig in Königs Spicileg. ecclesiastic. 3^{te} Bd. III, S. 22.

CCLXVI. Markgraf Otto mit dem Pfeil bewilligt eine vom Könige Adolph dem Kloster Kirchgarten gemachte Schenkung, am 9. Dezember 1294.

Otto cum telo, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, ad uniuersorum notitiam cupimus pervenire, quod nos collacioni seu donacioni juris patronatus Ecclesie in Hafelach, spirensis dyocesis, cum omnibus suis juribus et pertinentiis ac omni jure, quod in ipsa ecclesia Imperio competebat, per serenissimum Dominum nostrum Adolfum Regem Romanorum illustrem facte, dilectis in christo abbatissē et Conventui monasterii sanctimonialium in Kyrsgarten extra muros Wormacienses, quia provide, rite et racionabiliter facta est, nostrum plenum et expressum impertimur consensum pariter et assensum. Concedentes has nostras litteras in testimonium super eo, sigilli nostri appensione munitas. Datum in Castris apud Burne, V Idus Decembris, Ind. Octava, anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Aus Würdtwein Monasticon Warmat. Tomo I. folio 202. Doc. No. LXIII. Mspt. vom Pfarrer Leßmann zu Kerzenheim in der Pfalz gefälligst mitgetheilt.

CCLXVII. König Adolph bestätigt das St. Thomastift zu Leipzig, am 20. Dezember 1294.

— Huic nostre confirmacioni intererant venerabilis Ericus Archiepiscopus Magdeburgensis, Arnoldus Babenbergensis, Henricus Brixenensis, Bruno Nuwenburgensis et Henricus Merlburgensis Ecclesiarum Episcopi, Illustres Otto, Illustris quondam Johannis Marchionis Brandenburgensis filius, et Otto longus, Marchiones de brandenburch, Principes nostri dilecti, ac nobiles uiri Eberhardus de Caczenellebogen, Eberhardus de Wirtenberg et Gerhardus de Duze Comites, Henricus de Yfenburch, Gotfridus de Merinberg, et Meinherus Burcgravius Myfneus, Albero Burcgravius de Liznik, Henricus Senior et Henricus iunior, aduocati de plawe fideles nostri. — Datum lipzk, XIII. kalend. Januarii, iudicacione octava, Anno Domini M^o. Ducentesimo nonagesimo quarto, Regni uero nostri Anno Tercio.

Nach Wilkii Ticemann. Cod. dipl. 114. 115. Schöttgen Nachlese der Hist. v. Obersachsen I, 641.